



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

13. de differentia processionis & generationis in diuinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

quī potest intelligere in eo quod habet Fi-  
*Iohā. 5.* lius, sicut Pater habet vitam, sic dedit & Fi-  
 lio vitam habere in semetipso: non sine vi-  
*Aug. lib. 6.* ta existenti iam Filio vitam Patrem dedif-  
*de Tri.* se: sed ita eum sine tempore genuisse, ut vita  
*ca. 26.* quam Pater Filio gignendo dedit, coæter-  
 na sit vitæ Patris qui dedit.

DE DIFFERENTIA PRO-  
 ceSSIONIS & Generationis  
 in Diuinis.

DISTINCT. Decimætertix  
 CAP. Primum.

*Spiritus sanctus nec natus, nec  
 Filius dicitur.*

*Compara-  
 tur proces-  
 sio ad ge-  
 nerationē.*

**Q**Uum Spiritus sanctus procedat de Pa-  
 tre, & sit de substantia Patris, cur non  
 dicitur esse natus & Filius, sed  
 potius procedens? Aug. id ostendit de Trin.  
 15. dicens: Si Spiritus sanctus Filius diceret-  
 tur, amborum utique Filius diceretur, quod  
 absurdum est. Filius quippe nullus est duo-  
 rum, nisi patris & matris. Absit autem ut in-  
 ter Deum Patrem, & Deum Filium tale ali-  
 quid suspicemur. Non ergo ab utroque est  
*ad Ma-* genitus, sed procedit ab utroque amborum  
*xim. l.* spiritus. Hanc eandem quæstionem idem  
*3. c. 14.* Aug. ita dissoluit, ostendens Maximo.

D iij



CAP. Secundum. Filius dicitur natus & procedens, Spiritus sanctus tantum procedens.

Quum Spiritus sanctus non dicatur genitus sed tantum procedens, quæritur solet cur non dicitur tantum genitus sed & procedens: sicut ipse in Euangelio ait, Ego ex Deo processi & veni in mundum. *Ioh. 16* Non ergo tantum Spiritus sanctus procedit à Patre, sed & Filius.

Ad quod dicimus, quod quum uterque procedat à Patre, dissimiliter tamen. Nam Spiritus sanctus (vt ait Aug. lib. 5. de Tri.) procedit à Patre, non quomodo natus, sed quomodo datus, vel donum. Filius autem processit nascendo, exijt vt genitus. *cap. 14*

CAP. Tertium. Nasci & procedere distinguuntur.

Non omne quod procedit nascitur, quamuis omne procedat quod nascitur. Sicut non omne quod bipes est homo est, quamuis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio: distinguere autem inter illam generationem & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio: ac per hoc quia & illa & ista est ineffabilis: sicut Propheta de Filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? Ita de Spiritu sancto verissimè dicitur, *Aug. ubi supra. Esa. 53*



Processionem eius quis enarrabit?

C A P . *Quartum. Spiritus sanctus  
nec genitus nec ingenuus  
debet dici.*

*in dial.  
quest.  
65. q. 2*

*cap. 26*

**A**ugust. ad Orosium ait: Spiritum sanctum nec genitum fides certa declarat. quia si dixerimus ingenitum, duos patres videbimur affirmare. Si autem genitum, duos credere Filios culpamur. Sicut enim solus Filius dicitur genitus, ita & solus Pater dicitur ingenitus, eo quod ab alio non sit. Vnde Aug. lib. 15. de Trinita. Pater (inquit) solus non est de alio: ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium.

*Obiectio.*

**H**ieronimus tamen in regulis defensionum contra Hæreticos dicit Spiritum sanctum ingenitum esse, his verbis: Spiritus sanctus Pater non est, sed ingenitus atque incertus, &c.

*Dissolutio.*

**S**ed ut istam quæ videtur repugnantiam de medio abigamus, dicimus quod Hierony. aliter accepit nomen ingeniti,

D iij



*Ingenitū.*

& aliter Aug. Accipit enim Aug. ingenitum qui vel quod non est de alio: & secundū hoc de solo Patre dicitur. Hieron. verò ingenitū dicit non genitum. & secundum hoc de Spiritu sancto potest dici, quum genitus nō sit. Quòd autem Hieron. ita acceperit ostenditur ex verbis quibus in eod. tract. vtitur, faciens talem diuisionem, quod est aut genitum, aut ingenitum, aut factū. Est ergo quod nec natum, nec factū: & est quod natū est, & factū non est: & est quod nec natū est, nec factum est: & est quod factū est, & quod natū est: & est quod factū est, & natū est, & renatum est, & quod factū est: & quod factū est, & renatum non est. Nūc præpositorum singulis rebus subsistētiam destinemus. Quod ergo nec natū nec factum est, Pater est. Non enim ab alio aliquo est. Quod autē natum est, & factū nō est, Filius est. Iterū, Quod nec factū nec natū est, Spiritus sanctus est, quia procedit. Quod etiam factum est & natum non est, Cælum & Terra, cæteraque insensibilia. Quod autē natū, factum, & renatū est, homo est. Quod verò factū, natū, & renatū nō est, animalia sunt. Ecce his verbis ostēdit Hieron. se ingenitū accipere nō genitū. Aliter enim esset præmissa diuisio vera: s. Omne quod est aut ingenitū est, aut genitū, aut factū. Atq; in diuisionis huius psequutione in assignatione ingenitū vbiq; ponit nō natū.

*Diuisio rerum vniuersi.*